UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De vindicta Dei in Herodem. Ca. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

Visual Library

QVOMODO GENEALOGIam Iudæorum deleuit. Caput .V.

PEr idem vero tempus ſummã Herodes tenens poteſtatem, cum ignobilis eſſet, inuidens generoſitati Iudæorum, libros generationis eorũ q deſcripti habebantur in arciuis tẽpli ſecretioribus, cũ quibuſdã genealogijs alienigenarũ, vt Achior ex Ammanitis, & Ruth ex Moabitis incẽdi iubet. Quos aliqui ſtudioſi viri diuino munere recolligentes, partim qa iam habebãt domi deſcriptos, partim quia ꝓſapię ſuę ordinẽ memoriter tenebãt, ad nos vſq; perduxerunt, inter quos fuerũt quidam heriles, vel dominici apoſtolati, propter propinquitatem generis Chriſti, qui & generationẽ eius docuerunt, ſecundum quod euangeliorum veritas habet.

DE VINDICTA DEI IN EO. Caput VI.

IGitur pro ſacrilegio q̃d in ſaluatorẽ, eiuſq; coęuos cõmiſerat, Herodẽ vltio diuina mox purget. Ioſephus in xviij. antiquitatũ lib. Incipit torq̃ri mirabili & miſerabili dolore, interius & exterius aduritur incẽdio, nimietate gulę & auiditate cibi diſtendit, pubetenus inflatus, circa verẽda ſcatet vermibus. Idem in ij. lib. Viſum eſt autem medicis vt oleo calido fomentaretur, cumq; in ipſo fomento depoſitus eſſet, ita reſolutus eſt omnibus membris, vt oculi etiã ipſi ẽ ſuis ſedibus ſoluerentur.

DE FAMOSA NEQVITIA, quã in morte ſua ꝑpetrauit. Cap. VII.